Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



EXAVDI DS ORATIONE

INCENA. D. PRIMA

MEAM DVM TRIBVLOR. A TIMORE INI
mici erue animā meā. Seuierunt inimici in martyres.
Quid orabat ista uox corporis xpi. Hoc orabat ut eruerentur
ab inimicis. & n̄ eos possent occidere inimici. Ergo exauditi n̄
sunt. quia occisi sunt. & deseruit ds contritos corde seruos suos.
& sperantes in se despexit. Absit. Quis enī inuocauit dn̄m &
derelictus est. Quis sperauit in eo. & desertus est ab eo. Exau
diebant ḡ & occidebant. & tam̄ ab inimicis eruebant. Alii
timentes consentiebant & uiuebant. & tam̄ ipsi ab inimicis
absorbebant. occisi eruebant. uiuentes absorbebant. Inde ē
& illa uox gratulationis. forsitan uiuos absorbuissent nos.
Multi absorpti & uiui absorpti. multi mortui absorpti.
Qui putauerunt inanē ēē fidē xpianā. mortui absorpti sunt.
qui aūt scientes ueritatē ēē p̄dicationē euangl̄ii. xp̄m filiū
dī ēē scientes. & hoc credentes. & hoc int̄ tenentes. cesserunt
tam̄ doloribꝰ & idolis sacrificantes. uiui absorbebantur.
Illi absorpti quia mortui. illi aūt quia absorpti mortui.
Non enī absorpti uiuere potuerunt. quā uis uiui absorberent.
Ergo hoc orat uox martyrū. a timore inimici erue animā
meā. n̄ ut me n̄ occidat inimicus. s̄ ut n̄ timeā inimicū
occidentē. Hoc uoluerat in psalmo implere seruus. qd m̄ 11.
iubebat in euglo dn̄s. Quid m̄ iubebat dn̄s. Nolite timere
eos q̄ corpus occidunt. animā aūt n̄ possunt occidere. s̄ eū
timete qui habet potestatē & animā & corpus occidere
in gehennā ignis. Et repetit. ita dico uob. hunc timete.
Qui sunt qui corpus occidunt. Inimici. Quid iubebat